

Brief 10, 96: Plinius und die Christen (erhöhtes Niveau)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Sollemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui numquam: ideo nescio quid et quatenus aut puniri soleat aut quaeri. 2 Nec mediocriter haesitavi, sitne aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant; detur paenitentiae venia, an ei, qui omnino Christianus fuit, desisse non prosit; nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur. Interim, <in> iis qui ad me tamquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus modum. 3 Interrogavi ipsos an essent Christiani. Confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus; perseverantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecumque esset quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri. 4 Fuerunt alii similis amentiae, quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos.

Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt. 5 Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. Qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, ture ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur qui sunt re vera Christiani, dimittendos putavi. 6 Alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. <Hi> quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et Christo male dixerunt. 7 Affirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta ne latrocinia ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias esse vetueram. 8 Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere. Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam et immodicam.

9 Ideo dilata cognitione ad consulendum te decurri. Visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur. Neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est; quae videtur sisti et corrigi posse. 10 Certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari, et sacra sollemnia diu intermissa repeti passimque venire <carne> victimarum, cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paenitentiae locus.

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

I Sollemne est mihi,
domine,
omnia,
de quibus dubito,
ad te referre.

Quis enim potest melius
vel cunctationem meam regere
vel ignorantiam instruere?

Cognitionibus de Christianis interfui numquam:

Ideo nescio,
quid et quatenus
aut puniri soleat
aut quaeri.

Vokabeln

sollemnis, sollemne
dē (m. Abl.)
dubitāre, dubito
ad (m. Akk.)
referre, referō, rettulī, relātum

feierlich, üblich, gewöhnlich
von; von ... herab; über; in Bezug auf
zögern; zweifeln
zu; zu ... hin; an; bei
(zurück)bringen; berichten

melior, melius
vel
cunctatio, cunctationis f
ignorantia, ignorantiae f
instruere, instruo, instruxi, instructum

besser
oder
Zögern, Zaudern, Zurückhaltung, Bedenken
hier: gerichtliche Untersuchung
die Unkenntnis, Unerfahrenheit
herrichten; ausstatten, ausrüsten; unterrichten

cognitio, cognitionis f
interesse, intersum, interfui (m. Dat.)
ideo
quatenus
aut; auf ... aut
punire
solēre, soleō, solitus sum
quaerere, quaerō, quaesivī, quaesitum

Kennenlernen, Erkennen, gerichtliche Untersuchung, Beweisverfahren
teilnehmen (an etw.)
deshalb, daher
bis wie weit, wie weit, so weit, wie lange;
oder; entweder ... oder
bestrafen
gewohnt sein, (etw.) normalerweise (tun)
(unter-)suchen; fragen

2 Nec mediocriter haesitavi,
sitne aliquod discrimen aetatum,
an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant;
detur paenitentiae venia,
an ei,
 qui omnino Christianus fuit,
desisse non prosit;
nomen ipsum,
 si flagitiis careat,
an flagitia cohaerentia nomini puniantur.

Interim,
 in iis,
 qui ad me tamquam Christiani deferebantur,
hunc sum secutus modum.

Vokabeln

mediocris, mediocre	mittelmäßig, gering
haesitare	stecken bleiben, stocken, unsicher sein
ne ... an ...	ob ... oder (etwa)
aliqui, aliqua, aliquod	irgendein(e)
discrimen, discriminis n	der Unterschied; die Entscheidung, Gefahr
aetās, aetātis f	das Alter; das Zeitalter
quamlibet	wie beliebt, ganz nach Belieben; so sehr auch, noch so sehr, noch so, obschon, obgleich
tener, tenera, tenerum	zart, jung
rōbustus, rōbusta, rōbustum	kräftig, stark
differre, differō, distuli, dilātum	aufschieben, verschieben; sich unterscheiden
paenitentia, paenitentiae f	Reue
venia, veniae f	die Gefälligkeit, Nachsicht, Verzeihung
omnīnō	überhaupt; insgesamt
dēsinerē, dēsīnō, dēsī, dēsītum	aufhören
prodesse, prosum, profui	nützlich sein, nützen
flagitium, flagitii n	die Schandtät, Niederträchtigkeit, Schande
carere, careō, carui, – (m. Abl.)	frei sein (von etw.), (etw.) nicht haben
cohaerere, cohaereo, cohaesi	zusammenhängen, eng verbunden sein
interim	inzwischen, unterdessen
tamquam	wie wenn, als ob
deferre, defero, detuli, delatum	hinabtragen; hier: anzeigen
sequi, sequor, secutus sum (m. Akk.)	(jmdm.) folgen

3 Interrogavi ipsos,
an essent Christiani.

Confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus;
perseverantes duci iussi.

Neque enim dubitabam,
qualecumque esset,
quod faterentur,
pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri.

Vokabeln

confiteri, confiteor, confessus sum
iterum
tertius, tertia, tertium
supplicium, supplicii n
minari
perseverare, persevero
ducere, ducō, duxi, ductum (Imp. Sg. duc)

qualiscumque, qualecumque
fateri, fateor, fassus sum
pertinacia, pertinaciae f
inflexibilis, inflexibile
obstinatio, obstinationis f

gestehen
wieder, zum zweiten Mal
der dritte
die Hinrichtung; die (Todes-)Strafe
drohen
verharren, standhaft bleiben, fortfahren, andauern
führen; hier: abführen zur Hinrichtung

wie nur beschaffen, jeder ohne Unterschied
bekennen, gestehen, zugeben
die Beharrlichkeit, Hartnäckigkeit, Rechthaberei
unbeugsam
die Beharrlichkeit, Hartnäckigkeit, Unveränderlichkeit im Entschluss,
der Starrsinn

4 Fuerunt alii similis amentiae,
quos,
quia cives Romani erant,
adnotavi in urbem remittendos.

Mox ipso tractatu,
ut fieri solet,
diffundente se crimine
plures species inciderunt.

Vokabeln

similis, simile
amentia, amentiae f
adnotare, adnoto

ähnlich
die Verrücktheit, der Wahnsinn
aufzeichnen, anmerken;
hier: schriftlich anmerken, dafür vormerken, dass

mox
tractatus, tractatus m

bald (darauf)
die Betastung; Behandlung, Beschäftigung;
Erörterung, Überlegung, Abhandlung; Predigt
geschehen; werden; gemacht werden

fieri, fiō, factus sum
diffundere, diffundo, diffudi, diffusum
crīmen, crīminis n
plūrēs, plūrēs, plūra; Gen. plūrium
speciēs, speciē f
incidere, incido, incidi

der Vorwurf; das Verbrechen
mehr(ere)
das Aussehen; der Schein, hier: Sonderfälle
hineinfallen, geraten (in), hinzukommen, auf jmd. treffen

5 Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens.

Qui negabant
esse se Christianos
aut fuisse,
cum praeunte me deos appellarent
et imagini tuae,
quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferi,
ture ac vino supplicarent,
praeterea male dicerent Christo,
quorum nihil cogi posse dicuntur,
qui sunt re vera Christiani,
dimittendos putavi.

Vokabeln

proponere, propono, proposui, propositum
libellus, libelli m
continere

öffentlich vorlegen, vorschlagen, in Aussicht stellen
Büchlein, Heft
halten, festhalten; enthalten

negare
praere, praeeo, praeivi/praeii, praeitum

leugnen; ablehnen; sagen (, dass nicht ...)
vorangehen, vorausgehen; versprechen, vorspielen, Anleitung geben
hier: eine Formel versprechen

propter (m. Akk.)
tus, turis n
supplicare, supplico
praeterea

wegen
Weihrauch
flehentlich bitten, anflehen
außerdem

malus, mala, malum

schlecht, schlimm

dicere, dico, dixi, dictum (Imp. Sg. dic)

sagen; sprechen; (m. doppeltem Akk.) nennen

Christus, Christi m

Christus (gr. "der Gesalbte", hebr. משיח)

mittere, mittere, mittere, mittere

wegschicken; freilassen

6 Alii ab indice nominati
esse se Christianos dixerunt
et mox negaverunt;
fuisse quidem, sed desisse,
quidam ante triennium,
quidam ante plures annos,
non nemo etiam ante viginti.

Hi quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et Christo male dixerunt.

Vokabeln

index, indicis m

der Entdecker; Verräter, Spion;
das Kennzeichen; Register, Verzeichnis;
die Aufschrift

nominare

nennen

quidem

allerdings; zwar

quīdam, quaedam, quoddam

ein (gewisser); Pl. einige, etliche

ante (m. Akk.)

vor

triennium, triennii n

der Zeitraum von drei Jahren

viginti

zwanzig

quoque (nachgestellt)

auch

venerari

verehen

Christus

Christus (gr. "der Gesalbte", hebr. משיח)

7 Affirmabant autem

hanc fuisse summam
vel culpae suae
vel erroris,

quod essent soliti stato die ante lucem convenire,
carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem
seque sacramento non in scelus aliquod obstringere,
sed ne furta,
ne latrocinia,
ne adulteria committerent,
ne fidem fallerent,
ne depositum appellati abnegarent.

Vokabeln

affirmare, affirmo	bekräftigen; versichern, behaupten
culpa, culpae f	die Schuld
error, erroris m	der Irrtum, die Irrfahrt, der Zweifel, Irrweg, Fehler
quod	weil; dass
status, stata, statum	festgesetzt
carmen, carminis n	das Gedicht, das Lied
invicem	wechselweise
sacramentum, sacramenti n	der Treueid, Diensteid
scelus, sceleris n	das Verbrechen
obstringere, obstringo, obstrinxi, obstrictum	verpflichten; verstricken
nē (Subjunktion; m. Konj.)	dass nicht, damit nicht; nach Ausdrücken des Fürchtens: dass
furtum, furti n	der Diebstahl; die geheime Handlung, List
latrocinium, latrocinii n	der Kriegsdienst, die Räuberei, Räuberbande
adulterium, adulterii n	der Ehebruch, die Untreue
committere, committō, commīsi, commissum	veranstalten, beginnen; begehen; anvertrauen
fidēs, fidei f	das Vertrauen; die Treue, der Treueschwur; der Glaube
fallere, fallō, fefelleri, –	täuschen, betrügen
deponere, depono, deposui, depositum	niederlegen, ablegen, aufgeben
appellare	zur Rückgabe mahnen
abnegare, abnego	abschlagen, verweigern, entziehen, verleugnen, entsagen

Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse
rursusque coeundi ad capiendum cibum,
promiscuum tamen et innoxium;
quod ipsum facere desisse post edictum meum,
quo secundum mandata tua hetaerias esse vetueram.

Vokabeln

peragere, perago, peregi, peractum
mōs, mōris m
discēdere, discēdō, discessī, discessum
rūsus
coire, coeo, coii, coitum
capere, capiō, cēpī, captum
cibus, cibī m
promiscuus, promiscua, promiscuum
tamen
innoxius, innoxia, innoxium
secundum (m. Akk.)
mandāre
hetaeria, hetaeriae f
vetare, veto, vetui, vetitum

durchführen, ausführen, vollenden; verbringen, durchleben
die Art; die Sitte, der Brauch; Pl. auch der Charakter
weggehen, verschwinden
wieder
zusammenkommen; sich vereinigen
(ein)nehmen, erobern; (er)fassen
die Speise; die Nahrung
gemischt, ohne Unterschied, gewöhnlich
dennoch, trotzdem
unschädlich, unschuldig, harmlos; unangetastet, ungefährdet
entlang, sogleich nach, gemäß
auftragen; übergeben, anvertrauen
die Verbrüderung, Verbindung
verbieten

8 Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis,
 quae ministrae dicebantur,
 quid esset veri,
et per tormenta quaerere.

Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam et immodicam.

Vokabeln

magis (Adv.)
necessarius, necessaria, necessarium
ancilla, ancillae f
ministra, ministrae f
tormentum, tormenti n

mehr; eher
notwendig
die Dienerin, Sklavin
die Untergebene, Dienerin, Gehilfin
der Strick, die Fessel; Folter; Wurfmaschine

invenire, invenio, inveniri, inventum
quam
superstitio, superstitionis f
pravius, prava, pravum
immodicus, immodica, immodicum

(er)finden
(nach Komparativ) als; (vor Superlativ) möglichst
Aberglaube
verkehrt, unrecht
unmäßig, anspruchsvoll

Brief 10, 96: Plinius und die Christen (erhöhtes Niveau)

9 Ideo dilata cognitione ad consulendum te decucurri.

Visa est enim mihi res digna consultatione,
maxime propter periclitantium numerum.

Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur.

Neque civitates tantum,
sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est;
quae videtur sisti et corrigi posse.

Vokabeln

decurrere, decurro, decurri/decucurri, decursum	(herab)laufen, (herab)eilen
periclitari	wagen, versuchen, riskieren; auf dem Spiel stehen, gefährdet sein
ordo, ordinis m uterque, utraque, utrumque	Reihe, Ordnung, Reihenfolge jeder (von zweien), beide
vicus, vici m contagio, contagionis f pervagari	die Gasse; das (Stadt-)Viertel; das Dorf die Berührung, Ansteckung, verderblicher Einfluss umherschweifen, umherwandern, sich verbeiten, durchziehen
sistere, sisto, stiti, statum corrigere, corrigo, correxi, correctum	zum Stehen bringen, (hin)stellen, anhalten, hemmen berichtigen, verbessern

10 Certe satis constat

prope iam desolata templa coepisse celebrari,
et sacra sollemnia diu intermissa repeti
passimque venire <carnem> victimarum,
cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur.

Ex quo facile est opinari,

quae turba hominum emendari possit,
si sit paenitentiae locus.

Vokabeln

satis	genug
constare, consto, constitui, —	feststehen; kosten; aus etw. bestehen, auf etw. beruhen;
	constat — es steht fest
prope	nah, in der Nähe, beinahe, fast
incipere, incipiō, coepī, coeptum/inceptum	anfangen, beginnen
celebrāre	rühmen, verherrlichen; feiern
repetere, repetō, repetīvī, repetītum	wiederholen; zurückverlangen
passim	überall
venīre, veniō, vēnī, ventum	hier: (zum Verkauf) kommen, kerkauf werden
caro, carnis f	Fleisch
victima, victimae f	das Opfertier, Opfer
adhūc	noch (immer); bis jetzt
emptor, emptoris m	der Käufer, Erkäufer
opinari, opinor	vermuten, meinen
turba, turbae f	die (Menschen-)Menge; das Durcheinander
homō, hominis m	der Mensch; der Mann; Pl. auch die Leute
emendare, emendo	verbessern
locus, locī m	der Ort, die Stelle; Pl. loca, locorum n — die Gegend